



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Dispytatio LXXXX. De actu indifferente.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

II. Confirmatur: sequeretur enim quemvis actum honestum esse in specie morali charitatis, cum quodvis opus bonum sit objectum Deo gratum, aptumque ut ad eum proximè per actum charitatis Theologicæ referatur, ergo de facto habebit hanc rationem, cum secundum hanc sententiam, semper habeat omnem rationem, quam ex objecto, si expressè intenderetur haurire posset: hoc autem dici nullo modo potest, sic enim cum attritio sit actus bonus, & supernaturalis, maximeque Deo placens, esset actus charitatis, & justificaret extra Sacramentum, quorum tamen utrumque est contra Concilium Tridentinum, quod sessione 14. cap. 4. distinguit attritionem à contritione, eamque ait non sortiri rationem contritionis perfectæ, sed esse actum inferioris rationis, qui proinde iuxta Concilium & Patres, extra Sacramentum non justificat, ad hoc enim requirunt actum multò hoc perfectiorem.

III. Hinc constat quid voluerit Aristoteles, quando lib. 2. Ethicorum cap. 3. dixit, ut quis iustus sit, vel temperans, satis non esse ut iusta aut que sunt temperantiæ faciat, nisi etiam iustè faciat, & temperanter, quod est ut ulterius se explicat, Nisi faciat scienter & eligens propter ipsa. Vult nimirum ad actum iustitiæ vel temperantiæ non sufficere, ut materialiter solum quis eum actum exerceat, atque in eiusmodi objectum quocumque

modo feratur, & aliud intendens; si enim quis temperatè vivat, ut coarctet pecunias, actus secundum omnes non habet honestatem temperantiæ: ut ergo habeat honestatem temperantiæ, ferri debet in bonitatem temperantiæ quæ talem, ex quo probatur auctoritate Aristotelis præsens conclusio.

Non tamen est necessarium, ad hoc ut refundatur honestas in actum moralem, ut feratur in objectum, illudque attingat & appetat formaliter ut honestum, & virtuosum, seu ut deceat operantem; sed sufficit quod in se sit bonum, ut eleemosyna pauperi, & sub hac ratione boni Physici intendatur, ad sublevandam scilicet illius inopiam. Licet ergo nil vetet quo minus hoc etiam modo quis operari intendat, cum & hoc motivum honestum sit, operari nimirum honestè, & aliis benefacere, quia ipsum operantem deceat, quamvis tamen hoc motivum non habeat, sed merè intendat relevare inopiam indigentis, actus erit honestus.

Elto itaque non cogitet quis reflexè esse virtuosum id quod agit, si tamen operetur intendens bonum illud Physicum quæ tale, actus erit bonus & honestus, sicut & mereri quis potest ignorans se mereri, imò existimans se esse in peccato mortali. Quando ergo intendens aliquod bonum operatur quis, actus erit bonus & honestus, etiam si non reflectat ad honestatem in actu, sed bonitatem solummodo spectet, quæ apparet in objecto.

DISPUTATIO LXXX.

De actu indifferente.

IN PRIMIS non est hic sermo de actibus externis, qui cum bonitatem & malitiam ferè sortiuntur per extrinsecam denominationem ab actibus internis, indifferentes ut plurimum sunt, ut vel boni sint vel mali, cum à bonâ vel malâ voluntate procedere possint, saltem si intercedat ignorantia. Deinde non procedit questio de omnibus etiam actibus internis, actus namque Varii intellectus, nec bonitatem habent nec malitiam, & consequenter sunt indifferentes ut per voluntatem ad finem aliquem referantur, sicque ex hac voluntatis ordinatione, vel boni extrinsecè fiant, vel mali.

De solis ergo actibus voluntatis procedit præsens questio, non tamen de omnibus, sed de actibus tantum liberis, seu moralibus, & humano modo, nempe cum rationis usu & advertentiâ debitâ elicitis, illi siquidem actus, qui sine hac advertentiâ ac libertate eliciuntur, nec boni moraliter nec mali esse possunt, & consequenter indifferentes sunt necesse est. Nec mirum est huiusmodi actus non esse vel bonos vel malos moraliter, cum morales non sint, nam juxta dicta supra, nihil morale esse potest, quod non sit liberum.

SECTIO PRIMÆ.

Variæ sententiæ de indifferentiâ actuum: ubi de actu indifferente in specie.

I. Negant alii qui dari posse actum in differentem in specie, potest tamen dicere in individuo.

SCOTUS in 2. d. 7. & alii nonnulli aiunt, nullum dari posse actum moralem indifferentem in specie, posse tamen in individuo, id est hic & nunc, & in his circumstantiis, non tamen quantum est ex parte sui objecti, quam appellat Scotus indifferentiam quoad

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

speciem. Ratio ipsorum est, nullum quippe dicunt esse objectum, quod non sit necessariò vel bonam vel malum; hic & nunc tamen, inquirunt potest voluntas vel non ad finem illum honestum, & bonitatem in objecto repertam intendens operari, vel aliquâ aliâ circumstantiâ carere, ad operationem rectam faciendam requisitâ, quod si contingat, actus erit malus.

S. Thomas e contra hic, q. 18. art. 9. Durandus, Capreolus, Gregorius & alii, quos refert & sequitur Suarez hic, tract. 3. d. 9. sect. 3. Bellar. Salas d. 4. sect. 3. Granada 1. 2. tract. 2. disp. 1. d. 2.

Min

& 2.

& 2. & alii docent posse dari actus morales indifferentes quoad speciem, non tamen in individuo.

III. Nonnulli tandem, ut Halensis, Gabriel cum aliis, quos refert & sequitur Vasquez d. 52. cap. 2. affirmant dari posse actus morales, tam in specie quam in individuo indifferentes. Quam etiam sententiam tenet P. Arriaga hic, Disp. 21. sect. 3. num. 26. & 31. & sect. 4. num. 42.

IV. Prima Conclusio: sicut aliqui dantur actus quoad speciem boni, alii mali, ita nonnulli etiam sunt in specie indifferentes: ita S. Thomas 1. 2. q. 18. art. 8. Gabriel in 3. d. 23. Suarez hic, d. 9. sect. 1. Vasquez d. 52. estque communis Theologorum sententia contra Scotum; qui tamen fortasse in re non differt à communi sententiâ, sed aliter utitur terminis boni & mali.

V. Falsum tamen est, quod quidam docebant ex antiquis, quos refert Magister in 3. dist. 40. & S. Thomas q. 2. de malo art. 4. Hi nimirum, non aliquos tantum, sed omnes omnino actus affirmabant esse secundum speciem, seu essentiam indifferentes, proindeque posse bene vel male fieri pro diversitate intentionum, vel circumstantiarum, quas quisvis pro libito adjicit. Hoc inquam sustineri nequit: etsi enim vitari actus bonus possit ex circumstantiâ malâ adjectâ, aliqui tamen actus, præsertim interni, sunt ex objecto intrinsecè boni: quod autem aliunde vitari possint, solum arguit in communissimâ quadam ratione eos esse indifferentes, seu in genere ut aiunt; in specie autem, seu secundum suam essentiam non sunt indifferentes, cum ut sic hauriant bonitatem ex objecto. Multò autem magis hoc refelli potest in actibus quibusdam malis, ut fornicatione, mendacio, &c. quibus intrinsecè adjuncta est turpitudine, ita ut honestari nullo pacto possint.

VI. Actum ergo esse secundum speciem indifferente, ut bene declarat Suarez citatus, est ut sicut actus ille est bonus, qui fertur in objectum bonum, & malus vicissim, qui in objectum fertur ex se malum, seclusis utrimque fine & circumstantiis extrinsecis, qualis esset si quis vellet dare eleëmofynam ex rebus alienis, sicque aliunde actui accresceret malitia: sic actus ille secundum speciem erit indifferens, qui spectato præcisè objecto & habitudine ad illud, neque turpitudinem habet, neque turpitudinè.

VII. Hi actus plerumque numerantur, levare festucam, movere digitum, fricare barbam, narrare fabulas, & alia ad genus, dum non intelliguntur fieri, nisi merè ob delectationem in iis repertam, quæ cum non ferantur in bonum aliquid solidum, seu alicujus momenti, ut aiunt, non sunt præcisè ex objecto boni. Nec etiam sunt perfectè præcisè ex objecto mali; nulla quippè turpitudine vel malitia, ut constat, in eorum objecto relucet; si enim reluceret, non posset quis hujusmodi operationes ullam ob causam exercere, cum non sint ullo modo faciendâ mala, ut evitarent bona.

SECTIO SECUNDA.

Vtrum dari possit actus indifferens in individuo.

NON loquimur hic de actu supernaturali, circa quem non minor, quam circa naturalem, est difficultas, diversæque sententiæ: aliqui enim acriter contendunt, non naturales tantum, sed etiam supernaturales actus dari posse, quoad bonitatem & malitiam indifferentes, quod tamen alii non minus acriter, nec paucioribus inducti argumentis negant. Quid hac de re dicendum sit videbimus sect. sexta. Quoad rem ergo præsentem sit

Secunda Conclusio: potest per accidens dari actus, etiam in individuo indifferens: ita Suarez d. 9. sect. 3. num. 10. Tannerus & alii: defumigat videtur ex S. Thoma hic q. 18. art. 9. Probatur: si enim quis existinet opinionem illam esse probabilem, quæ affirmat levare festucam, & alia hujusmodi, esse actus per se indifferentes, eique practicè se conformet, actus ab eo sic eliciti erunt indifferentes; ex unâ enim parte ob ignorantiam, vel probabilitatem opinionis, quam is hic & nunc sequitur, operatio ejus excusatur à peccato, cum probabiliter secundum eam judicet hos actus, ut non sint peccaminosi, non egere ut referantur ad finem honestum extrinsecum: ex aliâ autem parte objectum non habet in se bonitatem physicam sufficientem, ut bonitatem moralem refundat in actum: ergo. Neque hoc est contra Sanctum Thomam, qui solum negat, per se loquendo posse dari actum indifferente in individuo.

Tertia Conclusio: licet tertia sententia supra relata sit probabilis, existimo tamen non dari per se loquendo actum indifferente in individuo: ita præter Auctores citatos in secundâ sententiâ Valentia hic, q. 13. p. 6. Lorca. Tannerus 1. 2. Disp. 2. q. 5. dub. 6. num. 114. & alii. Probatur primò ex Sancto Augustino, qui id variis locis asserere videtur, Epistolâ præsertim 19. ubi sic habet: *Sed cavendum est in hac disputatione, ne sicut Philosophi quædam facta hominum media dicantur inter rectè factum, & peccatum, quæ neque in rectè factum, neque in peccatum numerantur.* Hæc ille.

Ratio præcipua, & ferè unica hujus conclusionis est: verba otiosa sunt vitanda, utpote de quibus reddenda est omnibus ratio in die judicii, juxta illud Matthæi 12. v. 36. *Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.* Unde communis est Ecclesiæ ac Patrum sensus, verbum otiosum esse malum, & poenâ dignum: quare omnes censent verba otiosa esse sufficientem & indubitam materiam confessionis: imò ipsa Christi verba hoc clarissimè innuunt, utpote quæ ad severitatem divini Judicii intimandam protulit, cum nimirum homines in illo, etiam de verbis otiosis examinandi sint, & si ea protulisse deprehendantur, puniendi. Quibus significare voluit Christus, quanta poena sit infligenda, & multò magis pro factis, cum & pro verbis quibusque visis, si otiosa fuerint, poena de hominibus sit sumenda. Et hoc modo locum illum Matthæi intelligunt S. Iræneus, Ambrosius, Beda & alii.

Tum sic: facta otiosa non minus mala sunt, & poenæ obnoxia, & consequenter vitanda, quam verba, ut per se videtur manifestum; ergo omne

Nullo modo dicendum actus omnes esse quoad speciem, seu essentiam indifferentes.

Actus aliqui sunt ex objecto boni.

Alii ex essentia sua mali.

Actus ille est secundum speciem indifferens, qui spectato præcisè objecto, neque bonitatem habet, neque turpitudinè.

Actus varii recensentur, in specie indifferentes.

Non hic disputatur de actu supernaturali.

Daripotest accidens per se actus in individuo indifferens.

Declaratur quo pacto dari poterit per accidens actus in individuo indifferens.

Per se loquendo non potest dari actus indifferens in individuo.

Negat S. Augustinus actum indifferente in individuo.

Verbum otiosum est malum, & poenâ dignum, ergo factum otiosum.

Quanta poenâ visis indicitur factura sit severitas.

Quantam se censuram peccatis actus elicitur otiosa verbum.

verbum, vel actio otiosa, quæ secundum Patres illa est, quæ non ex iustâ aliqua necessitate aut utilitate ponitur, vel propria vel proximi, ut in hunc locum Matthæi ait S. Hieronymus, Verbum, inquit, otiosum est quod sine utilitate & loquentis dicitur, & audientis. Omne, inquam, huiusmodi est malum, & consequenter quancumque fit, non est indifferens; verbum enim illud est otiosum juxta S. Gregorium lib. 7. Moralium cap. 25. Quod caret vel ratione iuste necessitatis, aut intentione pie utilitatis: sed levare festucam, movere digitum, &c. merè ob delectationem in his actibus repertam, nec utilitatem habent, nec necessitatem: si ergo propter hanc rationem verbum otiosum juxta Patres, sit malum, quòd sit opus referibile ad bonum finem, certè & quodvis factum otiosum erit similiter malum. Confirmatur: Verbum omne otiosum est malum, ut vidimus juxta Scripturam & Patres: sed nullum aliud est otiosum verbum secundum Patres, nisi illud quod contraria sententia vocat indifferens; nam ut ait Origenes homilia 1. in Psalmum 78. Verbum otiosum est, quod neque bonum neque malum aliquid agit: & S. Hieronymus in illum locum Matthæi, Verbum otiosum, inquit, est si omittis scribis, de rebus frivolis loquamur, & fabulas narremus. Tandem omnes Sancti Patres distinguunt inter verbum otiosum, & perniciosum: ergo nihil aliud esse potest verbum aut factum otiosum juxta Patres, quam id quod adversarii appellant indifferens.

Ratio ob quam Patres dicunt verbum otiosum esse peccatum, idem probat de opere otioso.

Juxta Scripturam & Patres nullum aliud verbum est otiosum, nisi id quod contraria sententia vocat indifferens.

VI. Ha actiones, nisi ad honestam aliquam finem referantur, sunt mala.

VII. Non requiritur ut hi actus honestam finem habeant pro ob- jecto.

SECTIO TERTIA.

Argumenta contententia dari actus indifferentes in individuo.

I. Explicatur dictum quoddam Concilium Constantiense circa actus indifferentes.

II. Obijciuntur Sancti Patres, qui asserere videntur dari actus aliquos indifferentes.

OBIJCIENS primò Concilium Constantiense sessione 15. ubi damnatur hæc 16. propositio Joannis Hus, Omnia opera humana vel bona sunt, vel mala, ergo secundum Concilium sunt aliqua indifferencia. Contra: non damnatur ibi hæc propositio nisi in sensu quo eam protulit hæreticus ille, nempe quod ita dividantur actus humani in bonos & malos, ut actus omnes bonorum sint boni, malorum mali.

Obijciens secundò dicta aliqua Sanctorum Patrum, qui asserere videntur esse aliqua ex operibus humanis, quæ nec mala sunt nec bona, & consequenter indifferencia. Sic Sanctus Gregorius Nazian. oratione tertiâ contra Julianum; S. Ad hæc quomodo. Quemadmodum, inquit, quisquis supplicio haud dignus est, non idem statim laudem & predicationem meretur, eodem modo, nec quisquis

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

laude ac predicatione dignus non est, idem confestim peccatum quoque meretur. Clarius S. Hieronymus Epistola 89. Bonum est continentia, inquit, malum luxuria, inter utramque indifferens ambulare, naribus purgamenta projicere, spiritus rheumatica jacere, & alia hujusmodi: hoc nec bonum nec malum est, &c.

Respondetur, de mente Patrum satis constare ex dictis supra, ubi clarè ostensum est, eos tenere nostram sententiam. Ad illud ergo S. Nazianzeni dico, solum velle eum non omnem actum non malum, esse statim meritorium aeternæ laudis coram Deo, non tamen affirmat non esse bonum moraliter, si nimirum spectentur omnes circumstantiæ, quibuscum elicitur in individuo. Ad Sanctum Hieronymum respondeo aliam longè fuisse ipsius mentem: erat enim inter ipsum & Sanctum Augustinum controversia circa observationem legalium post mortem Christi, num scilicet ea censeri posset indifferens, alio tamen sensu à nostro, nempe nec præcepta nec prohibita, quo sensu intellexit eum Sanctus Augustinus, contendens fuisse illam eo sensu indifferenter. Quando verò ponit Sanctus Hieronymus alia exempla supra relata, dici primò posset, non negare ipsum eâ esse bona si verè sint commoda ad conservationem vitæ humanæ, aut aliud hujusmodi, sed solum non esse bona, id est meritoria vitæ æternæ, ad hoc siquidem requirunt multi, non solum ut actus bonus sit, sed supernaturalis. Tandem affirmant aliqui & probabiliter eum exempla illa retulisse tantum ex doctrinâ Philosophorum, nec ex propria locutum sententiâ.

III. Resp. Sancti Patres solum negare omnem actum non malum, esse vitæ æternæ meritorium.

S. Hieronymus solum loquitur de observatione legalium, utrum scilicet fuerit post mortem Christi præcepta, an prohibita.

Alia D. Hieronymi explicatio.

Obijciens tertio: nulla est ratio, cur hi actus ex objecto non mali, sint mali moraliter, ergo: antecedens patet, si enim aliqua sit, maxime quòd teneatur homo operari ex fine honesto; hoc autem gratis dicitur, & hominum conscientias nimirum arctat. Confirmatur: si enim hæ actiones sint malæ, ergo sunt materia sufficiens confessionis, & absolutionis: quis autem ducit sibi religioni per fenestram flores in horto conspiciere, vel pisces in aqua natantes, aut aves nidus sibi affabrè conscientes, & alia hujusmodi.

IV. Obijci. sine fundamento affirmari, debere hos actus referri ad finem aliquem honestum.

Respondetur, non hinc sequi arctari magis conscientias, quàm in verbis otiosis, de quibus omnibus par est ratio, solumque inquirimus, hanc obligationem operandi ex fine honesto, in illis quæ sunt alias inutilia, non in iis, quæ sunt verè naturæ commoda, & magni alicujus momenti.

V. Resp. Idem esse quoad has actiones, ac de verbis otiosis.

Ad Confirmationem hæc & alia hujusmodi sicut & verba sunt materia confessionis, quando constat esse otiosa, facillimum verò est honestum aliquem finem apponere, & has ac similes operationes reddere bonas.

Sunt materia confessionis.

Obijciens quartò, & difficilior: potest secundum nos in primâ sectione dari actus indifferens secundum speciem, ergo & in individuo: si enim sit indifferens levare festucam, erit sane hic & nunc indifferens in individuo hanc festucam levare; vel si nunquam sit ullus actus indifferens in individuo, certè nullus indifferens erit in specie, cum species nihil aliud sit quàm omnia individua, imò nec dari potest ulla species, nisi in aliquo individuo, sicut si equus secundum speciem sit hinnibilis, esse debet hinnibilis in aliquo, imò in omnibus individuis.

VI. Obijci. dicitur juxta nos potest actus indifferens in specie, ergo & in individuo; cum species non invenitur, nisi in aliquo individuo.

Respondetur in hac objectione multum esse de modo loquendi, nullamque in ea contineri difficultatem, si rectè intelligantur termini. Dico itaque actum quemvis ex iis, de quibus hic agimus, Physicè vel Metaphysicè sumptum, esse indiffe-

VII. Resp. Si actus isti spectentur merè secundum illa id quod habet ab ob- jecto, sunt tam in individuo quàm specie indifferentes.



indifferentem, tam in individuo quam in specie, sic enim sumpti hi actus nihil aliud important, præter id quod merè habent ex objecto. Actus itaque quivis ex prædictis, ut benè advertit Suarez citatus sect. 1. num. 4. considerari potest, vel secundum intrinsecam præcisè, seu ea ad quæ actus per se terminatur, & hoc modo si sit indifferens in specie erit etiam indifferens in individuo: vel considerari potest secundum extrinsecam, seu cum relatione ad finem per alium actum factâ, & hoc modo non est mirum quod in individuo non sit indifferens, cum nec ut sic sit indifferens in specie: si enim consideretur actus ejusmodi in specie, ut vestitus omnibus suis circumstantiis, nunquam consideratur ut indifferens, cum ut sic considerari debeat, vel ordinatus per alium actum ad finem aliquem honestum, vel non: si primum, erit actus in specie honestus, si secundum, erit in specie malus.

Dubius modis considerari possunt hi actus, vel quoad intrinsecam, vel extrinsecam.

SECTIO QUARTA.

Objectiones aliæ pro indifferentiâ actus in individuo.

I. **O**BJICIES quintò: si hujusmodi actus sit peccatum, vel est peccatum commissionis vel omissionis, sed neutrum, ergò Contrà idem obijci potest de verbo otioso. Respondetur itaque in utroque esse peccatum commissionis, contra præceptum negativum non loquendi vel operandi otiosè; in eo autem consistit hoc peccatum operationis otiosæ, quòd tendat quis in eiusmodi objectum gratiâ ipsius objecti, illudque ulterius ad melius aliquid bonum nec intrinsecè ordinet, nec extrinsecè: unde connotatur etiam quædam negatio in obliquo.

In quo hoc peccatum consistat.

II. **O**BJICIES sextò: illud bonum indifferens habet aliquam bonitatem, propter quam de facto amatur, nihil quippe amari potest nisi bonum; ergo actus in illud tendens erit bonus & honestus, licet illud ulterius non referat ad finem aliquem honestum. Respondetur leve illud bonum, quod reperitur in objecto indifferente, non sufficere ad honestandum actum circa illud præcisè versantem, sicut nec sufficit in verbo, quod non obstante levè illà voluptate, & bono, quod in illius prolatione percipiunt homines, est otiosum, & malum secundum Scripturam & Patres. Bonum ergo, quod per se & propter se appetitur, sufficit ad reddendum actum bonum, esse debet bonum aliquod solidum seu alicujus momenti, & proportionatum naturæ rationali, ac dignum naturâ nobilissimâ, non quodvis leve & inane bonum, quale solum in istiusmodi rebus cernitur.

Resp. Leve illud bonum in hoc objecto reperiunt non sufficere ad actum honestum.

III. **O**BJICIES septimò: potest dari pura omisso libera indifferens, sicut cum quis liberè & purè omittit actum bonum non præceptum, illa enim omisso pura non est bona, nil enim boni affert; nec etiam est mala, nam nec intrinsecè, cum actus contrarius non sit præceptus, nec est mala extrinsecè defectu scilicet finis extrinseci, ad quem referatur, nullum enim est hujusmodi præceptum de purâ omissione, illam scilicet referendi ad finem bonum extrinsecum, ergo & dari potest actus positivus indifferens. Negatur consequentia, & disparitas affertur in ipso argumento, quod scilicet non sit præceptum ordinandi puram omissionem ad finem honestum, quod si verum sit, multum differt ab

Quamvis dari possit pura omisso indifferens, non inde sequitur concedendum esse actum positivum indifferente.

actupositivo, de quo constat esse præceptum, sicut est præceptum de verbo.

Mihi tamen probabilis videtur non posse dari omissionem puram indifferentem; licet enim omisso pura habere nequeat finem intrinsecum, & consequenter nec intrinsecè ordinari ad aliud, potest nihilominus omisso ex se indifferens ordinari ad finem extrinsecè, per alium scilicet actum, & consequenter poterit esse præceptum eam sic ordinandi, seu volendi omittere semper ob finem aliquem honestum.

IV. Potest dari omisso pura omisso ordinari extrinsecè ad finem honestum.

V. **O**BJICIES octavò: contra secundam conclusionem sect. 2. n. 1. positam: si enim possit per accidens dari actus indifferens, ergo & habitus per hos actus acquisitus, qui scilicet ad similes postea actus eliciendos inclinet: hoc autem est contra Aristotelem, qui in prædicamentis ait habitum disponere benè vel malè: ergo juxta ipsum nullus habitus disponit indifferenter. Respondetur Aristotelem solum ibi locutum de habitibus, qui per se acquiruntur, & spectant ad considerationem Physicam, non de iis quæ merè adveniunt per accidens, ut in hisce habitibus contingit. Ordinatur ergo habitus istius ad producendos hujusmodi actus quoad intrinsecam, seu Physicam eorum entitatem, secundum quam, etiam in individuo, ut dixi, hi actus sunt indifferentes: secundum considerationem vero moralem, & prout vestiti omnibus circumstantiis, boni semper sunt vel mali in individuo, nempe si referantur, vel non referantur ad finem aliquem honestum: hanc tamen bonitatem aut malitiam non habent actus merè secundum entitatem Physicam, ut supra latè explicatum est, sicque quantum habent secundum illam, atque ex objecto sunt indifferentes, & hac solâ ratione, ut dictum est, procedunt ab habitibus.

V. Sicut dari per accidens possunt actus indifferentes, ita & habitus.

Habitus, non secundum esse ontologicum, sed rationem esse physicam, & intrinsecam eorum entitatem actus respiciunt.

VI. **O**BJICIUNT ultimò recentiores aliqui contra fundamentum nostræ sententiæ: dicunt itaque hujusmodi actiones non censerì otiosas, si semel tantum aut iterum obiter fiant, sed si diu & sæpius, ut si quis semel, inquit, aut iterum manu batbam perficeret, aut muscam capteret, non censeretur hæc operatio pervenire ad malitiam actionis otiosæ, sic tamen si sæpius, aut per multum temporis mentum sibi demulceat; tunc enim levitatis vitium non effugiet, sicut nec si in muscis captandis operâ diu abutatur.

VI. Dicitur, si semel est peccatum sapienti, hujusmodi aliquid facere, non si semel iterum aut iterum id præstet.

VII. **S**ed contrà: Christus enim apud Sanctum Matthæum supra non dixit reddendam ab omnibus rationem de verbis otiosis, si multum in iis temporis inutiliter impendatur, sed expresse de omni verbo otioso. Qui etiam est communis sensus Patrum, dicentium non in quantitate sed qualitate horum operum sitam esse eorum malitiam, si scilicet sine fine honesto utilitate aut necessitate exercentur: imò circumstantia nimie durationis non argueret illas esse malas, cum & operationes honestæ vitari possint ex nimia duratione, ut si quis nimium temporis ponat in concionando & similibus. Aliunde ergo secundum communem conceptum omnium desumitur horum actuum malitia.

VII. Resp. Non secundum quantitatem sed qualitatem, hoc actuum malitiam esse considerandum.

SECTIO QUINTA.

De actuum supernaturalium indifferentiâ.

I. Possintne actus supernaturales esse in individuo indifferentes.

QUÆRES: Quid dicendum de actibus supernaturalibus, possintne esse vel in individuo, vel specie indifferentes. Quoad individuum minor est difficultas; si enim juxta jam dicta actus naturalis esse nequeat indifferens in individuo, ob rationes totâ hac disputatione allatas, multo minus poterit actus supernaturalis, nec minor, sed major est exigentia eum peculiariter ad bonum finem referendi. Imò actus supernaturalis liber videtur ex naturâ suâ ad finem honestum tendere, sicque esse bonus, nisi ab extrinseco vitietur.

II. Quid censendum de actuum supernaturalium indifferentiâ quoad speciem.

Quoad speciem verò major videtur difficultas. P. Suarez hic, tract. 3. Disp. 9. sect. 2. ait nullum supernaturalem actum voluntatis esse in entitate, seu quoad speciem indifferentem, sed omnes affirmat esse naturâ suâ studiosos. P. Arriaga e contrario hic Disp. 21. sect. 3. n. 26. contendit posse actus supernaturales esse in specie indifferentes; nec enim, inquit, conceptus supernaturalitatis obstat indifferentiâ, idque variis entium supernaturalium exemplis ostendit.

III. Probabilis est, nullum dari posse actum supernaturalem indifferentem.

Mihi tamen & fundamentis totâ hac disputatione de indifferentiâ actûs, & supra Disp. 22. de entis supernaturalis naturâ jactis, conformius videtur, non posse dari actum supernaturalem in specie indifferentem. Dico itaque, non solum actus supernaturales, qui de facto dantur, non sunt indifferentes, sed studiosi omnes, & honesti, verum nec dari ulus actus potest, in entitate supernaturalis, qui sit indifferens.

IV. Theologi & Patres affirmantur nullum dari posse actum supernaturalem indifferentem.

Ratio primæ partis est: tum quia hic communis videtur Theologorum omnium consensus, qui hoc veluti indubitatum supponunt, ideoque fortassis, ut observat Suarez loco citato, nunquam hac de re quæstionem moverunt. Deinde patres & Concilia, ubicunque actuum supernaturalium incidit mentio, de iis loquuntur semper tanquam de bonis & studiosis, nec ullum contrarij est in iis vestigium. Præterea nullus est habitus per se infusus, qui sit indifferens, sed omnes ad virtutum actus eliciendos ordinati; ergo pari modo nullus etiam est de facto actus in entitate supernaturalis, seu per se infusus, qui sit indifferens.

V. Ostenditur non esse possibile actum supernaturalem indifferentem.

Secunda item Conclusionis pars, nempe nec possibile esse actum ullum supernaturalem in specie indifferentem, probatur; actus quippe in specie indifferens, ut sect. primâ diximus, est ille, qui spectatâ præcisè habitudine ad objectum, nec

bonitatem habet, nec malitiam: nullus autem etiam in specie dari actus supernaturalis potest, qui in se non habeat bonitatem; si enim dari posset talis actus in specie, posset existere à parte rei, & esse indifferens in individuo, hoc enim in omnibus actibus naturalibus, quoad speciem indifferentibus videmus, ergo actus supernaturalis tendens in hujusmodi objectum, volitio supernaturalis exempli gratiâ, narrandi fabulas &c. merè ob delectationem in iis repertam esset peccatum, esset enim actus æquè otiosus ac volitio naturalis ejusdem objecti, aut verbum otiosum, ut ex dictis supra de verbis & factis otiosis constat, ergo nequit à parte rei existere, supernaturalis enim cum esset, Deum ut peculiarem sui causam & auctorem requiret, qui medio auxilio supernaturali excitante & adjuvante ad eum concurrere deberet, Deus autem actus peccaminosi, peculiaris causa esse nullo modo potest; sicut neque per motionem etiam naturalem excitare potest ad verbum otiosum.

Volitio hæc esset peccaminosa, ergo non potest esse in entitate supernaturali.

Implicat Deum hujusmodi actus esse specialiori causam.

VI.

Dices: nil vetat ut postea dicemus, actum supernaturalem vitari, & reddi peccaminosum, ergo ex hoc capite non repugnat Deum esse hujus actus causam. Respondetur posse quidem actum supernaturalem vitari ab extrinseco, vel scilicet quod non in debitis circumstantiis eliciatur, vel ad finem non usquequaque rectum ab actu aliquo imperante ordinetur, tota autem malitia in hoc casu ab actu illo imperante provenit, ad hunc autem ut specialis causa non concurrat Deus, sed ad solum actum imperatum, qui est bonus. At verò in presenti nullus est actus qui hanc volitionem supernaturalem levandi festucam animi gratiâ, narrandi fabulas &c. imperet & vitiet, ergo non est vitiosus ex alio actu imperante, sed est eodem modo malus, quo verbum otiosum. Unde ob eandem rationem existimo non posse dari verbum otiosum supernaturale.

Nil refert quoad hæc actum supernaturalem vitari posse ab extrinseco.

Cur Deus ad hujusmodi actum supernaturalem nequeat concurrere.

VII.

Varias contra hanc conclusionem instantias affert P. Arriaga citatus, ut actum infusum seu supernaturalem de objecto aliquo naturali, & actionem supernaturalem conservativam accidentis aliqujus extra subjectum, quæ, inquit, nullam habent honestatem in genere moris, ergo dari possunt accidentia supernaturalia indifferentia. Respondetur non negare me dari posse accidentia, tum naturalia tum supernaturalia indifferentia, sed solum nego actus liberos & morales indifferentes, hos enim omnes nisi ad honestum aliquem finem referantur, totâ Disputatione ostendi esse peccata, non minus quam verbum otiosum: de accidentibus verò supernaturalibus non liberis prælens questio non procedit.

Sermo hic tantum est de actibus moralibus, seu liberis.

Dari possunt quoadm accidentia supernaturalia indifferentia.

